



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

An projectio in flumen. n. 27.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

solutè repetendum: sanaverat tamen puerum Christus ob bonam fidem, cum ipsis, cum aliorum puerorum.

## CONFERTIA V.

**P**Arvulus doini baptizatus per aquæ aspergionem, sicuti solent se aspergere Catholici à quâ lustrali, dubitatur an sit verè baptizatus, & an rebaptizandus sub conditione;

**R E S O L U T I O:** Validum esse Baptisma factū per imersionem corporis in aquā unā vel trinam: per affusionem aquæ supra corpus manu vel alio instrumento: Item per aspergionem: item si quis ponat infantem sub canillisbus vel stillicidio testi, ut aqua super eum fluat. Ratio est: quia omnis talis verè fons aut tintillus esse dici potest, nec proinde opus est repetitione sub conditione si aliud non obsteret.

## CONFERTIA VI.

27. **S**i quis infantem in puteum vel flumen proiecere cum debita forma & intentione, an is esset baptizatus, & in loco sacro recordendus, Ratio dubitandi est, quia talis projectio potius occisio, quam ablutio dici meetur. Nihilominus

**A.** Cum plurimis RR. talem infantem fore vere baptizatum. Ratio est, quia talis immersio, potest ordinari magis ad abluendum quam occidendum, si nimimum animæ mengredi aliter susciri nequeat, cùm Baptismus non referatur ad vitam corporis, sed animæ.

N.

Nihilominus ; quia opposita sententia Doct. Subr. & veterum TT. usque admodum probabilis est, si talis parvulus (casu vel per miraculum) salvus evaderet, merito saltem cum conditione rebaptizandos esset.

## CONFERTIA, VII.

**I**N c. qui in maternis n. 5. de Consecr. dist. 4. 23. habetur hic canen : Qui in maternis uteris sunt, ideo cum matre baptizari non possunt, quia qui natus secundum Adam non est, renasci secundum Christum non potest, neque enim dici regeneratio in eo poterit, quam generatio non præcessit. Quæritur ergo non abs ratione an infans in utero matri existens valide baptizari possit per tubum, fistulam, vel aliud instrumentum.

&c. Cum Scot. in 4. Dist. 4. q. 3. Si quælibet minima pars infantis abluitur, dummodo constet eam esse animatam anima rationali & aliæ non apparent v. g. digitus pedis, illum esse baptizatum. Ratio est : qui in qualibet minima parte tota anima est : & revera sicut qui in minimo digito vulneratur, vulneratum nuncupamus, cur non etiam, qui in minima parte lotus est, lotus dici possit, imo si nulla pars infantis prolineat, dummodo ad corniculum eius aqua (reperfacta, non frigid.) pervenire valet, baptizandum esse docet P. Ladicus Scildere in lib. de principiis conscientiae formandæ tr. 6. cap. 2. n. 9. Nec refert (ait

B

Gob.